

DE COPIA RERVM.

Aut pēsili chalybi, q; hinc atq; hīc admotis magnetibus, quorū alter alliciat ad sese, alter depellat, leui momēto nūc huc nūc illuc rapiatur. nec unq; cōq̄escat. Aut sphæra in plano uolubili. Iā ex historijs mutuo sumā græcorū genuinā leuitatē, quā describit Iuuenalis. Lubricā Allobrogū fidē. Pœnos simili morū incōstātia. Scythas indies mutatis pascuis nullā certā incolētes sedem uirgā Moysi subinde in aliā atq; aliā uersam speciē. Aristippū quāuis agentē p̄sonā. ut quē oīs (ut inq̄t Flaccus) decuit color, nūc Cynico utentē pallio, nūc regia purpura. Itē ὑμίλευκος illū, de quo meminit Lucianus. Catilinā uario ingenio, ex Salustio. Hānibalē ex T. Liuiō. Ex Val. Maxi. quibus alius fuit uitæ tenor in adulescētia atq; in senectute. Rursum ex tertia Horatij satyra Tygellum. Nil æquale homini fuit illi, sēpe uelut qui currebat fugiens hostē, p̄sēpe uelut qui Iunonis sacra ferret &c. E comœdijs exemplū sumetur muliebris inconstantie. Sostrata in Adelphis. An mi homo sanus ne es? an hoc proferēdū tibi uidetur esse uspiā? Ac paulo post. Ah mi nime gentiū nō faciam, proferā. Amantiū incōstantiā, exprimet Phædria, è rure repēte rediens. Puerilem inconstantia Antipho ex Phormione. Sed hoc persequi longum est. E tragœdijs mutuabor Phædrā uariatis scēcū sententijs, nunc uolentem, nunc nolentem. Medeam item ante filiorū cædem, diuersis agitatam adfectibus. Ab Ouidio Biblidem, Narcissum. A Marone Didonem, iam Aenea parante discessum. Atq; hoc genus innumerabiles personas passim exhibent Poëtæ. ex Apologis al
legabo